# L'ordo diurnus en usage à l'abbaye d'Averbode avant et après la dispersion de 1797-1834

Le 14 décembre 1834 les confrères survivants pouvaient après 38 ans de dispersion reprendre la vie conventuelle à Averbode. Le même jour 4 candidats recevaient l'habit blanc des fils de Saint Norbert et commençaient leur noviciat. En effet, c'était le 17 février 1797 qu'ils avaient été chassés de leur monastère par les sanscolottes français. L'abbaye compta au moment de l'expulsion 88 religieux profès dont seulement 12 étaient encore en vie l'année 1834. Mais, tout à leur honneur, on ne peut omettre de mentionner que tous les 88 sont restés fidèles à leurs vœux et ont refusé, sans exception, de prêter le serment de haine. Durant la dispersion, ils se sont toujours considérés comme «l'abbaye d'Averbode», unis entre eux par les liens sacrés sous le régime de leur Abbé Grégoire Thiels et après sa mort sous la direction de trois régents. Ils n'ont jamais reconnu, ni admis la suppression de leur maison par les Français. Ils continuèrent à célébrer, a tour de rôle, les trois Messes de l'Ordre et ils faisaient leur testament l'un en faveur de l'autre afin que le patrimoine soit conservé et disponible au moment de l'éventuelle restauration de l'abbaye. Car c'était leur grand désir de faire revivre la maison de leur profession et d'y poursuivre la vie religieuse. En 1801, les acquéreurs bruxellois, se sentant obligés de s'en débarasser, vendaient l'abbaye pour la plus grande partie démolie, et les confrères l'ont pu acheter avec tout ce qui se trouvait dans l'enceinte. Sous le régime de Bonaparte tout espoir d'un revirement était exclu. Après la défaite de Waterloo, ils adressèrent, en 1815, une pétition au cardinal Caprara, le légat du Saint Siège près du Congrès de Vienne, mais en vain. Le régime Hollandais, qui succéda, urgeait obstinément la législation française néfaste pour les réligieux. Année après année, ils voyaient diminuer leur nombre. Le prieur Meulemans et le prélat Thiels décédérent tous les deux en 1822. La situation devenait de plus en plus problématique. Entre 1825 et 1830 quelques-uns commençaient à douter de l'issue.

Survint alors, en 1830, la révolution des Belges. Le Royaume de Belgique fut fondé. La nouvelle Constitution accorda «à tous les Belges le droit de se réunir». Se fiant sur cette loi, les confrères mettaient immédiatement tout en œuvre pour retourner à Averbode et faire revivre leur abbaye.

Une pétition fut envoyée à Rome, et on demanda l'approbation de l'ancien Abbé général, Mgr. de l'Ecuy, résidant à Paris. Entretemps, le Saint Siège avait nommé le chanoine Corselis de Bruges comme Visiteur Apostolique pour les religieux dans le nouveau Royaume. Selon ses directives — conditio sine qua non — on devait être au moins à six pour restaurer une maison religieuse. Les 12 survivants d'Averbode convenaient entre eux, que cinq renonceraient à leur paroisse pour former avec le curé de l'église abbatiale, devenue en 1803 église paroissiale, la communauté du monastère. Les autres resteraient à leur poste, soucieux de conserver, autant que possible, leurs anciennes paroisses.

Six prêtres âgés avec quatre novices constituaient la communauté, et habitaient, au départ, dans les dépendances, parce que l'habitation des religieux était presque totalement en ruine. Pleins de bonne volonté et confiants dans la grâce de Dieu, enjambant les 38 années de dispersion, ils renouaient leur manière de vivre avec celle d'avant l'expulsion: ils voulaient être les mêmes Prémontrés, fils de Saint Norbert, pareils à ceux qui vécurent jadis dans les mêmes lieux.

La «distributio temporis» leur était sacrée. Au début de leur noviciat les jeunes candidats devaient copier ces prescriptions. Les premières années après la restauration, ils n'étaient pas en mesure d'en observer tous les points à cause du petit nombre de religieux et de l'inadaption des lieux réguliers provisoires. Mais dès que c'était possible, ils introduisirent le réglement classique qu'ils avaient connu dans leur jeunesse religieuse.

Deux copies de cet «ordo diurnus» sont conservées, l'une de la main de Joseph Lambertz[1]) le premier novice d'après la restauration, l'autre de Lambert van Krey[2]). Ils ajoutent dans des «appendices et annexes» les modifications qui n'étaient que transitoires introduites après la restauration, en vue de se conformer le plutôt que possible aux prescriptions d'antan.

[1]) Charles Lambertz, né à Hoogstraten le 12 octobre 1787, ordonné prêtre à Malines en 1820; était vicaire à Herselt depuis 1820. Il entra à l'abbaye d'Averbode le 14 décembre 1834 et reçut le nom Joseph. Était successivement prieur en 1838, cellerier en 1839, vicaire à Veerle en 1842 et curé de la même paroisse en 1849 où il mourut le 7 janvier 1856.

[2]) Jean van Krey, né le 5 juin 1788 à Geffen (Pays-Bas), ordonné prêtre le 26 août 1813; était curé à Lith depuis 1826. Il entra à Averbode le 1 novembre 1837 et reçut le nom de Lambert. En 1840 il fut prieur, puis curé à Vorst St. Gertrude où il mourut le 27 juillet 1870.

*Liber tertius.*
*De distributione temporis pro conventu Averbodiensi*
*Sicut erat ante suppressionem in initio 1797.*

(quae verbotenus exscripsit Joannes van Krey, Geffensis Novitius Averbodiensis, cuius nomen nunc est Lambertus.)[3])

N.B. Omnes mutationes quae factae sunt post regressionem R. Dominorum canonicorum in monasterium, inveniuntur in appendice sub signis (1) (2) (3) (4) etc. In Averbodio 23 novembris 1837[4]).

[3]) Archief Abdij Averbode, Sect. I, liasse 21.

[4]) *Distributio temporis ante expulsionem*

| | |
|---|---|
| 3,45 | Signum surgendi |
| 4 | Matutinum |
| 5,30 | Meditatio |
| | NB: Pars sacerdotum celebrat post matutinum; Alia pars post capitulum. |
| 7 | Lectio privata S. Scripturae Veteris Testamenti. Studium theologiae privatum usque 8,15 |
| 8,15 | Lectio in Thoma a Kempis usque 8,30 |
| 8,30 | Lectio publica (in capitulo) |
| | Quando non est lectio, legunt Regulam S. Augustini, vel Ordinis Statuta ... usque 9,30 |
| 9,39 | Tertia, Summa Missa, Sexta (pro temporis ratione) |
| | Postea colloquium (± 0,30 horae) |
| 11 | Statio et prandium |
| | Post gratias et nonam: colloquium usque horam 1 (± 1,30) |
| 1-1,30 | Cantus (pro novitiis) |
| | Professi hora 1 ad cubiculum |
| | Sacerdotes hora 1,30 |
| 2 | Statio et vesperae |
| | Post Vesperas - novitii: capitulum, et deinde in cella legunt caput Novi Testamenti. Postea studebunt pietati et profectioni |
| | - canonici: ad cubicula |
| | NB: Diebus martis et iovis: recreatio usque ad 4 |
| 4 | Potus - deinde usque 5 ad cubiculum vel apud ignem |
| | - sacerdotes possunt in aestate perambulare pomarium |
| 5 | Cantus pro novitiis. 5,15: adoratio coram Sanctissimo. |
| 5,30 | - extra jejunium coena, deinde colloquium usque 7,15 |
| | - in jejunio: colloquium 5,30 - 6,15 |
| | In adventu vel Quadragesima, quando habetur recreatio post Vesperas, non est colloquium post 5,30 |
| 7,15 | Statio et completorium + Litaniae Lauretanae. Examen conscientiae. Postea ad cubiculum. |
| 8,30 | Ad quietem se recipient. |

Cum Deo principium

1. *Distributio temporis*

Mane excitatus primas cogitationes ad creatorem tuum convertes, mentemque ad eumdem cum gratiarum actione pro beneficiis illa nocte acceptis elevabis, ac sine mora tamquam ad Domini tui servitium evocatus, magno spiritus fervore e lecto surgens, et signabis te signo S. Crucis, dicendo *«per signum crucis de inimicis nostris libera nos Deus noster»* vel *«in nomine Domini nostri Jesu Christi surgo, ille me benedicat, regat custodiat et ad vitam perducat»*.

2. *Praxis pie surgendi.*

Si mane in surgendo a propria sensualitate tentatus, torporem aliquem sentias, cogitabis, quam mane interdum surrexeris ad serviendum creaturis, et nunc tam tepidus inveniaris in surgendo, ut servias fructuose Creatori: aut potes cogitare quam prompte et alacriter unigenitus Dei Filius exsultaverit, ut gigas ad currendam viam huius vitae omnibus miseriis obnoxiae pro nobis; item quot noctes duxerit insomnes, ut te a morte perpetua liberaret, et quod nos a parte nostra tam tepidi in eius servitio inveniamur.

3. *Oratio cum surrexeris.*

Gratias ago Deo meo, sanctissimae Virgini matri meae Mariae, Angelo Custodi, Patronis meis N N, et omnibus sanctis de hac nocte tam feliciter transacta, quod mortuus in peccatis non fuerim, sed usque in hunc diem conservatus, ut per fidem et poenitentiam religiosae et christianae legis et instituti opera Deum meum reconciliem et gratiam eius mihi acquiram in hac brevi et incerto vitae curriculo, in gratiarum actionem offero me totum divinae bonitati tuae. Deus creator et redemptor meus, offero etiam et ad gloriam tuam referre statuo, sicut ex nunc ad honorem et gloriam refero quidquid hac die facturus sum, omnes meas cogitationes, verba, opera, studia et totius diei occupationes tibi Deo optimo maximo offero, et peto, per amarissimam unigeniti tui passionem, per merita sanctissimae Virginis Mariae, angeli custodis et patroni mei N et omnium sanctorum, ut me ad tui nominis honorem et gloriam dirigas, bonis suggestionibus et illuminationibus intellectum illustres, voluntatem charitatis fervore repleas, ad te moveas sensus meos, et actus et sermones ad animae meae, proximique salutem. — Oro quoque: te benignissime Deus Domine, ut hodie me ab omni peccato custodias, ne cogitatione, verbo aut opere, aut negligentia majestatem tuam offendam. — Propono etiam

Domine, cum divino tuo auxilio omnia peccata vitare, et maxime ea, hoc peto, ad quae propensior sum N deponere, et omnibus in virtutibus, maxime hac N, me exercere, et omnes actiones meas ordinarias, maxime hanc N, ad tuam gloriam bene obire, ne dies haec sine bono opere transeat. Commendo etiam benignissimae tuae bonitati parentes, fratres et sorores, tam spirituales quam carnales, propinquos et benefactores, totumque ordinem nostrum, praecipue hoc monasterium, denique totam Ecclesiam cum omni clero ac populo, ac omnes alios, pro quibus scis et vis me debere orare; his vivis peto tuam gratiam et protectionem, et omnibus fidelibus defunctis, vitam dare aeternam.

4. *Nota bene*

Huic orationi junges Psalmos praeparatorios ex breviario[5]), et in vestiendo servabis honestatem ac religiosam modestiam, et per orationes jaculatorias toto corde S. Spiritus gratias, B. Mariae auxilium et S.P.N. Norberti et patroni tui suffragia petes et invocabis.

5. *Post vestitum*

Vestitus et iis, quae postulat corporalis necessitas, expletis, flexis genibus leges orationem supra positam, et illa quae sub divino officio peragenda sunt ante praevidebis, ac deinde signo campanae vel nolae dormitorii dato ab eo qui praeest, nisi ad matutinas pulsare debeas in locum descensui dormitorii proximum, ad stationem[6]) venies, ac iterum signo dato ordinate chorum ingrediens, mentemque actualiter in Deum elevando cum attentione, quod ad maiorem Dei gloriam attente et devote recitare debes, ad quod potes dicere hanc orationem quae habetur in initio breviarii: *«Aperi os meum»* (sub matutinis), quod est notandum pro aliis horis. Satages observare illud Regulae *«Cum oratis Deum hoc versetur in corde quod profertur in ore»* ne oratio tua fiat in peccatum et exsecrabilis, ac inveniaris quasi homo qui tentat Deum.

[5]) Ces prières de préparation à l'office divin furent imprimées dans le Bréviaire de l'Ordre sous le titre: «Praeparatio ad divinum officium. Psalmi tres (90, 126, 141) cum suis precibus et orationibus ante Matutinum flexis genibus quotidie legendi ex praescripto Statutorum Ordinis».

[6]) On attacha une grande importance à la *«statio»* dans la journée religieuse. A Averbode on avait la *statio* avant la grand-messe et les vêpres dans la salle du chapitre, et avant les repas dans une salle confinant le réfectoire qui se nommait «la *statio*». C'était plus qu'un rassemblement des religieux avant les exercices communautaires; c'était un moment de prière et de récollection. Retournés à l'abbaye en 1834 ils destinaient le hall du quartier du camerlinque pour station.

6. *Post Matutinas*

Matutinis expletis, ubi obedientia nihil exigit, te ad cellam tuam cum religiosa modestia recipies, ac ibidem praemissa oratione (quod ad introitum cubiculi semper faciendum est) cum ardenti desiderio perfecte meditandi, materiam tuae meditationis attente releges, ac eiusdem puncta accurate in mente tua annotabis.

7. *Medio sextae*

In medio sextae usque ad sextam, meditaturus eo ritu modoque, sicut de matutinis dictum est, ad chorum descendes, nec unquam quidquam nec quidem ob missae ministerium de meditatione omittes, sed meliori quo potes modo, sub servitio missae conaberis observare.

8. *Hora sexta (1)*

Persolvitur Prima, quam immediate sequitur Capitulum: breviter praevidebis officium Summae Missae ac alia, quae ex officio in sacristia ponenda sunt, dispones, quo facto sine mora dormitorium ascendes, ac in cubiculo, quae exercitia sequuntur, rigorose observabis; verum tempore hyemali, a festo scilicet Omnium Sanctorum inclusive usque ad festum Paschae exclusive, ut sub strictissimo silentio, si frigus urgeat, te calefacias, indulgetur[7]).

9. *Hora septima*

Oratione praevia, in magna tui diffidentia et confidentia in Deo, attente et distincte leges unum caput in veteri Testamento, et quod legisti, si non verbotenus, saltem quoad substantiam memoriae manda; postea usque ad quadrantem ante medium nonae poteris studere theologiae, legendo lectionem a professore explicandam aut disputandam, ac quaestionem materiarum cum resolutionibus retinere laborabis.

10. *Quadrante ante medium nonae*

In hyeme, propter frigus, apud ignem leges in Thoma a Kempis usque ad medium nonae, et dato ad lectionem signo sine ulla mora venies[8]).

[7]) Ordinairement les religieux n'avaient pas de petit déjeuner pendant l'Ancien Régime. Les «coutumes d'Averbode» permettaient à quelques jours, nommément indiqués, de demander au supérieur un petit repas. Il était ajouté: «Monentur serio omnes ut pro jentaculo nihil aliud petant quam panem et butyrum, ac cibos frigidos ex praecedentibus refectionibus reliquos, si tamen reliqui fuerint». (liasse 26 ex AA).
Une feuille explicative des «coutumes d'Averbode» finissait avec une note «forsan corrigenda» dans laquelle «Tempore aestatis mane multi manent in calefactorio usque 7-mam, quamvis non bibant aquam theanam».

[8]) A Averbode les cours de théologie et d'Ecriture Sainte furent données à la salle du chapitre.

Quando aliquando non habetur lectio usque ad medium decimae, amore et desiderio in via perfectionis proficiscendi considerate leges S. Augustini regulam ac Sacra Ordinis statuta, aut alium librum a magistro approbatum. Sed post primum annum novitiatus istud tempus studiis theologicis applica.

11. *Medio decimae (2)*

Audita media ante decimam pulsatur ad Tertiam, pulsoque inchoato, relictis omnibus ad chorum venies ac ibidem pro temporis ratione horas ac Summam Missam[9]) devote ac attente persolves. Persolutis horis ac Summa Missa conceditur colloquium[10]).

12. *Hora undecima (3)*

Ad signum campanae ad stationem conflues, inde conventualiter in ordine tuo ibis ad mensam, observans illud, quod habet S. Augustinus *«carnem vestram domate jejuniis»* et item illud *«dum acceditis ad mensam donec inde surgatis, quod vobis secundum consuetudinem legitur, sine tumultu et contentionibus audite, nec vobis solae fauces sumant cibum sed et aures esuriant Dei Verbum».*

13. *Finita mensa*

Peractis gratiis, usque ad primam, religiosa modestia et circumspectione debita, ne verbis tuis vel Deum vel proximum offendas, in pomario cum fratribus colloquendi conceditur facultas, vel cum venia praesidis te aliquo corporali exercitio recreare, in hyeme vero habetur honestum colloquium ad ignem.

14. *Hora prima (4) (5)*

audita, ad cantum venies usque ad medium secundae, quo finito ibis ad cubiculum et leges vitas sanctorum usque ad secundam. Nota hoc punctum est pro novitiis[11]). Fratres professi hora prima ascendunt ad cubiculum, sacerdotes vero medio secundae. Novitii 3 vel 4 primis mensibus poterunt manere in choro, ac praevidere diligenter officium.

[9]) Les premières années après le retour on n'avait pas encore de grand' messe. En 1836 on célébrait déjà une «Missa summa» mais c'était une messe basse. Dès Pâques 1837 la grand-messe fut chantée.

[10]) Avant l'expulsion les religieux avaient la permission de s'entretenir, après l'office, de la grand-messe jusqu'au diner, c.a.d. pendant une demi-heure. Après la restauration il était permis de parler une demi-heure avant le dîner. Les faveurs furent conservées.

[11]) Les novices avaient deux exercices de chant par jour. Dans le cas où le jour suivant était un jour de «Communion», le deuxième exercice fut remplacé par la préparation à la «Communion».

15. *Hora secunda*

Signo dato ad stationem in capitulo venies, in qua statione praemeditaberis, ut extraneas et inutiles cogitationes ex mente tua excludas, et ad recitandas Vesperas totus recollectus accedere queas.

16. *Post Vesperas*

Extra diem Jovis et martis [12]), aut quando post Vesperas non est lectio, ibunt novitii ad capitulum novitiorum, quo finito ascendunt ad cellam, ac ibi legunt caput ex N.T., ac deinde studebunt pietati et profectioni, quae non est in vigiliis longis, jejuniis, aut aliis austeritatibus corporalibus, sed in regulae observatione, morum emendatione, proprii judicii abnegatione, vitiorum extirpatione, verbo quae in Imitatione Jesu Christi consistit, et ad hoc poterunt revolvere regulam nostram, ac statuta, aut alios pios libros, a magistro approbatos; canonici vero ibunt extra diem martis et Jovis, et si non sit venia extraordinaria aut lectio, ad cubicula immediate post Vesperas.

17. *Hora quarta*

Descendas ad potum, ubi te geries religiosa modestia, illo finito, ascendes usque ad quintam, in hyeme vero conceditur accessus ad ignem sub strictissimo silentio, usque ad medium quintae, quo tempore legere poteris aliquem pium librum; si sis sacerdos, conceditur etiam in aestate sub silentio perambulare pomarium.

18. *Hora quinta*

audita, — si sis novitius, ad cantum venies, nisi sit die sequenti communicandum, aut si a cantu fueris liberatus, servabis tuam recollectionem flexis genibus supra scabellum ante crucifixum reclinatus; ut autem interdum, et praecipue diebus illis quibus non est venia, quadrante ante medium sextae salutandi adorandique causa venerabile Sacramentum descendas, indulgitur, — si sis professus, liberaris a cantu absque concessione colloquii, — si sis sacerdos extra diem martis, jovis et jejunii, habere veniam [13]) a quinta usque ad medium sextae conceditur.

19. *Ad medium sextae*

datur signum ad coenam, si nempe non sit jejunium, nam tunc post

[12]) Le jeudi et le mardi après les vêpres les confrères avaient une grande récréation.

[13]) Les «veniae» étaient des récréations supplémentaires indiquées dans le livre IV des «Coutumes d'Averbode». Quelques-unes étaient fixes, et d'autres devaient être demandées chaque fois aux supérieurs.

medium sextae conceditur colloquium usque ad quadrantem post sextam, hoc excepto, quod in Adventu et Quadragesima, si fuerit dies martis vel jovis, sit tenendum silentium strictissimum, in hyeme apud ignem, in aestate cellam ascendere debes.

20. *Coena extra jejunium*

absoluta, in colloquio, quod fratribus usque ad quadrantem post septimam indulgetur, circumspecte te geris.

21. *Quadrante post septimam audito (6)*

ad stationem conflues, et te ad completorium praeparabis, quod immediate subsequitur examen conscientiae, quo tempore strictissime juxta praxim conscientiam tuam examinabis. Post completorium leguntur Litaniae Lauretanae cum precibus in Breviario sequentibus.

22. *Examine facto (7)*

recipies te modeste ad cellam tuam, ac strictissime juxta Statuta, ibidem silentium servabis; leges materiam meditationis pro sequenti die, eamque in 3 vel 4 puncta distribues, et circa medium nonae ad quietem te recipies, nec umquam istam horam lucubrando excedes.

De hac distributione nihil mutabitur nisi quod diebus, quibus communicandum est, totum tempus pomeridianum impendes orationi, meditationi ac aliis spiritualibus exercitiis, quibus mens, ad digne communicandum praeparatur.

23. *Modus se praeparandi ad Horas*

Ante omnia cogitabis haec tria:

1) te esse pulverem, cinerem et vilissimum peccatorem, et hominem ingratum; humilia te cum Abrahamo et dic *«Loquar ad Deum Dominum cum sim pulvis et cinis»*.
2) quem sis oblocuturum, nempe Deum Salvatorem et Redemptorem tuum omnipotentem, omnia videntem et scientem, cuius majestati Angeli prae reverentia se abscondunt.
3) cogitabis te esse in praesantia Dei, cui cor tuum patet, et fervens desiderium excitabis ad divinum officium bene persolvendum; ad quod perficiendum gratiam Dei implorabis legendo, dum chorum intras *«Veni Sancte Spiritus etc»*. Vel *«Aperi os meum ad benedicendum etc»*. Tempore officii cogitabis Deum praesentem esse, et omnes fratres, tuos angelos, ad psalmorum versus bene attendes et iis congruentes affectus excitabis, ut timeas Deum ter optimum, ter maximum, cui omnia vivunt in saeculorum saecula.

24. *Modus fructuose meditandi*

Testante S. Patre Augustino, *«is recte novit vivere, qui recte noverit orare»*. Oratio etiam dicitur meditatio prae ceteris utilis et grata Deo, illa quoque ad bene vivendum conducit. Idcirco quilibet bonus religiosus ad perfectionem consequendum ea uti debet, testante enim S. Bonaventura *«omnis religio absque orationibus et contemplationibus arida est et imperfecta, ad ruinam potius quam ad aedificationem promptior»*. In eum etiam finem fit, ut meditans exhibeat Deo cultum et affectum, voluntatemque moveat. Meditationis partes sunt 4: praeparatio, consideratio, affectuum et desideriorum excitatio, colloquium seu petitio.

25. *Oratio ante meditationem*

O beata Trinitas, unus Deus, qui hic et ubique praesens es et omnia quae in coelis et in terra sunt ex nihilo creasti propter me, ut amarem et laudarem et glorificarem te tam in creaturis tuis, quam in infinita essentia et bonitate tua: ecce accedo ad meditandum et cogitandum mirabilia tua, ut accendar ad amandum te. Precor te igitur Pater clementissime, munda cor meum ab omnibus vanis, perniciosis et alienis cogitationibus, intellectum illumina, voluntatem inflamma, memoriam rege, omnem phantasiam repelle, trahe me totum ad te cognoscendum, amandum et glorificandum, ut digne et devote hanc meditationem instituam, continuem et perficiam, ut ex ea desideratum fructum, emendationem vitae, vitiorum et passionum, maxime huius N, hauriam, et progressum in virtutibus, maxime his N faciam ad gloriam Patris, Filii et Spiritus Sancti.

Pro meditatione juvat haec sententia *«Utinam homines saperent et intelligerent»*. Se malum commissum, bonum ommissum, tempus perditum et omnia alia debere proferre in aeterno judicio, utinam et cogitarent Dei beneficia, mundi vanitatem, salvandi difficultatem, ac novissima praeviderent. Pro meditationis materia facilitat hic versiculus: *«Quis, quid, ubi, quibus auxiliis, cur, quomodo, quando»*.

26. *Modus pie confitendi*

Ad salutem nostram institutum esse confessionis sacramentum, clarum est, quare maximam diligentiam in quatuor punctis sequentibus adhibere debes:

1) in examine conscientiae
2) in dolore de peccatis, quae duo sunt praeparatoria
3) in confessione sacerdoti omnia debite confitendo
4) in satisfactione, gratiarum actione et emendatione.

Accedes ad confessionem hoc modo: oculis humiliter demissis, et ad imaginem Christi, si quae sit, nudo capite, junctisque manibus flectes ad latus confessarii, sic ut nec ipse tuam nec tu ipsius faciem intuearis. — Deinde cruce te signabis et dices: *«Confiteor»* usque ad Mea culpa, tunc dices *«ultimo fui confessus tali die»*. Deinde accuso me quod peccata haec et haec feci, omnia scilicet memorice occurrendo, pure sincere et sine ambagibus, hoc est certa ut certa, et sine excusationibus; cave etiam ne peccata aliorum personarum sine necessitate nomines, et dum omnia dixisti, subjunges *«et de his omnibus meis peccatis doleo ex amore Dei mei; et dico culpam meam, et peto poenitentiam et absolutionem, et cum gratia Dei propono emendationem, et ideo precor beatam Mariam semper Virginem, beatum etc.»* Tempore autem absolutionis elicueris de peccatis dolorem, vel mentem ad Deum elevabis, et satisfactionem quam primum poteris, legas.

27. *Exercitium contritionis.*

Domine Jesu Christe, Deus et homo, creator pariter et salvator, doleo me offendisse divinam tuam majestatem et honorem tuum violasse, cum tu sis Deus et omnia, quam super omnia diligere et colere debeo, suppliciter peto et rogo veniam delictorum, et confido, me impetraturum misericordiam tuam ac benignitatem, per merita pretiosissimi Sanguinis tui, pro me effusi, daturum te mihi veniam et gratiam emendandi vitam meam et in bono perseverandi usque ad finem.

28. *Oratio post confessionem*

Deus, qui justificas impium et non vis mortem peccatoris, tibi gratias ago, quia me justificasti et a peccatis pretioso Filii tui sanguine lavasti, per eumdem sanguinem Filium tuum supplex deprecor, et me famulum tuum et omnes paenitentes coelesti protegas benigno auxilio, et assidua protectione conserves, ut tibi jugiter famulemur, et vitam emendantes, nullis tentationibus a te amplius separemur. Amen.

29. *Modus pie communicandi*

Singulis septimanis ex vi statutorum nostrorum fratres ad Eucharistiam debent accedere, insuper omnibus festis triplicibus, denique etiam diaconus et subdiaconus in duplicibus et celebribus. — Si animam tuam praeparabis et conscientiam tuam pura confessione et vera emendatione seu contritione purgare studebis et mentem abstrahas ab omnibus mundanis cogitationibus, quae ordinarie S. Spiritus fervorem et charitatis dulcedinem tollunt, ut uberrimos huius sacramenti fructus puris dari solitos, impediant.

Pridie igitur pias cogitationes excitabis, et mentem in Deo firmabis, in aliquo actu virtutis te exercebis. Denique etiam ipso die iis cogitationibus et medidationibis semper inhaereat oportet, quibus ad amorem Dei et spiritualem finem huius sacrae refectionis accendaris, ad quae serviunt illa quae habet Thomas a Kempis toto libro IV. Una etiam media hora antequam accedas, dictis cogitationibus frequentius inhaerere potes et debes. Quo facto excellentissimus «fidei, spei et charitatis actus» affectu potius quam verbis excitabis et tunc actus reverentiae, devotionis, contritionis, humilitatis, resignationis, gratiarum actionis et similium excitabis.

Cum vadis ad altare, cogita ad quem vadas, accedis enim eum cuius majestatem laudant angeli, adorant dominationes, igitur profunde ei inclinabis, fide vera credens, Deum tuum vere illic esse praesentem et substantialiter cum corpore, quod de Virgine sumpsit, et quod pro nobis crucifixum est in sanctuario existens, cum magna contritione, reverentia et spe veniae dices: *«Confiteor etc.»* et sub absolutione excitabis desiderium seu famen huius sacramenti, et ferventissimum charitatis actum, et cum sacerdote repetes *«Domine non sum dignus etc.»*

1) ob tantam peccatorum gravitatem
2) ob tantam pro beneficiis ingratitudinem
3) ob tantam tui vilitatem et majestatis divinae sublimitatem,

tam profunda humilitate, reverentia, modestia, coelesti mensae accumbes et Deum tuum suscipies reverenter erecto et immoto capite, et erecto corpore lingua non nimis extenta, manibus ante pectus junctis, et oculis demissis. Post sumptionem solus oret spiritus; non vero desistes a novo hospite petere ea quae tibi maxime necessaria sunt, et gratias ages pro illo amore, quo te visitare dignatus est.

Praecipue sequentia petes:

1) opem efficacem, ut Dei praecepta impleas..
2) ut fratres, proximos et quidquid sancti diligunt, diligas.
3) ut proficias in humilitate, caritate, obedientia et maxime in virtute, quae tibi a magistro fuerit imposita.

30. *Examen conscientiae*

Omnes diei horas a matutina usque ad tempus vespertinum diligenter percurres, in quibus profeceris et defeceris; v.g. cogitabis an orationem seu divinum officium debite persolveris. Secundo an te bene ad orationem et meditationem praeparaveris, et an in iis distractus fueris. An meditationem relegeris, et an in ea aliquos affectus exercueris, defectus

commiseris, an bona opera ad Dei gloriam feceris. Opera vero pia praecipue examinanda sunt, quae secundum statum religiosum nos praecipue occupatas tenent, in quibus solemus committere imperfectiones, quod pulchre habet Thomas a Kempis.

31. *Invocatio gratiae pro conscientia examinanda*

De his et aliis in me collatis beneficiis animatus, hoc adhuc ab infinita majestate tua petere audeo: rogo te J. Chr. vera lux mundi, illumina omnes, qui in tenebris et umbra mortis sedent, illumina tua gratia cor meum et conscientiam meam, ut per te cognoscere possim, quidquid tuae majestatis oculis displicet, et id vera contritione cordis, humilique confessione deponere valeam. Amen.

32. *Oratio dum vadis ad cubitum*

O Deus infinite amabilis, qui mihi tam benigne tempus gratiae et misericordiae prolongasti. Heu! quod tam exigue hodie te glorificaverim; tam ingratus fuerim erga te, et tam parum redamaverim; ecce huius vitae incertus sepulchrum intro, utinam te numquam offendissem ex animo doleo ob amorem tui, redemptor, te propono seriam emendationem, nec ullatenus te hac nocte offendam, sed omnia mala somnia, illusiones, phantasias diabolicas et omnia, quibus te offendere possem, ex animo detestor et contra voluntatem meam esse profiteor.

O Pater aeterne, offero tibi dilectum Filium tuum et spiritum Sanctum adoro, laudo et glorifico te cum omnibus electis et creaturis, gratias ago tibi pro omnibus beneficiis tuis, hodie mihi exhibitis et in posterum exhibendis, amo te, mi Deus, et quidquid tu amas, propter te, spero in te et credo in te, et me totum tuae voluntati resigno, et ut idem omnes mecum faciant, exopto.

O beata Maria, adjuva me, sancte angele custos, ab omni peccato et insidiis diaboli defende me.

Sancte patrone N, Sanctique patres Augustine et Norberte, suscipite me, et cum omnibus electis pro me et mecum orate Deum, in aeternum illi concinnentes: Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus Sabaoth, benedictio et charitas et gratiarum actio in saecula saeculorum, in cuius protectione dormiam et in cuius pace quiescam, et in cuius manu et benignissima bonitate commendo spiritum meum, et in pace dormiam, in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Amen.

## Prima appendix

*De his quae non observata fuere, prout in ordine diei ponuntur sed pro tempore mutata fuerunt ob difficultates locorum, parvum numerum Dominorum et alias causas, ut sequuntur a 14 dec. 1834 usque ad 22 januari 1835.*

1. *Hora sexta (1)*

A matutinis usque ad finem capituli, ut ponitur in ordine diei, sed post capitulum sumitur in refectorio aqua theana, qua sumpta observatur ordo diei usque ad medium nonae, qua hora olim erat lectio, sed quia numerus novitiorum adhuc est tam exiguus, est studium privatum usque nonam, ut in ordine diei ponitur.

2. *Hora nona (2)*

loco medio decimae, persolvitur Tertia, Sexta et Nona, et tunc studium alicui materiae usque ad medium duodecimae.

3. *Medio doudecimae (3)*

A medio duodecimae usque ad duodecimam conceditur colloquium.

4. *Hora prima (4)*

Finita mensa, ut ponitur in ordine diei, sed colloquium etc... prolongetur usque ad medium secundae, quia prandium loco undecimae habetur duodecima, proinde etc...

5. *Hora quinta (5)*

Ab hora secunda usque ad quintam, ut ponitur in ordine diei. Sed lectio cantus nondum datur, et proinde pro novitiis (pro aliis ut ponitur in ordine diei) est studium vel lectio spiritualis, quod in hyeme sub strictissimo silentio apud ignem conceditur usque ad medium septimae.

6. *Medio septimae (6)*

Loco quadrante post septimam ad stationem conflues et te ad completorium praeparabis medio septimae, etc... ut in ordine ponitur quadrante post septimam.

7. *Hora septima*

Examine conscientiae facto non ad cellam, sed ad coenam te recipies; post coenam conceditur colloquium usque ad octavam.
Octava est tertia pars Rosarii, hac finita ad cellam ibis etc... ut in ordine diei ponitur sub 20°.

*Nota prima*

Sunt adhuc alia puncta, quae non observantur, vel nondum observari possunt sed unusquisque observet, sicuti potest, sed per totum diem sub silentio, nisi illo tempore, quo colloquium conceditur.

*Nota secunda*

Per totum diem non prohibetur studium vel opera nostra faciendi in calefactorio, sed sub strictissimo silentio.

1. **Distributio pro meditantibus**[14])

Mane excitatus, usque ad Matutinas inclusive observabis ea, quae in quotidiana distributione temporis observanda sunt. Post Matutinas ascendes cellam, et recitabis orationem illam pro obtinenda perfectione. Tunc devote Missam celebres vel audias, te dispones legendo aliquem librum pium, de hoc tractantem.

2. *Ad medium sextae (1)*

descendes, ut Missam celebres vel audias, sub qua una cum sacerdote, te offeres, et verba tua, cogitationes et opera Domino Deo tuo cum ferventi desiderio, ut ea dirigere et sanctificare dignetur, ac spiritualiter communicabis.

3. *Finita Missa (2)*

cum maxima recollectione ad cubiculum reverteris, ac statim devote leges materiam meditationis, et praeparabis te ad meditationem jam inchoandam, et ad medium septimae finiendam. Usque ad medium octavae examinabis tuae meditationis successum, recogitando proposita pia, bonos affectus ac desideria, quae elicuisti, eadem iterum probando. Postea leges Sanctorum vitas usque ad octavam.

[14]) Les méditants étaient les confrères qui faisaient leur «exercices spirituels annuels» ou qui se préparaient à la profession religieuse ou à une ordination. Un horaire spécial était pourvu pour eux. Ces jours de récollection étaient entièrement voués à la prière mentale. Tout l'accent était mis sur les «méditations». Ils devaient les préparer, et après les avoir fait en examiner les effets. Les méditants devaient également faire une révision de vie. Dans les coutumes de l'abbaye d'Averbode on lit (liasse 21):
«Sacerdotes meditantes sunt omnino exempti a choro, et non-sacerdotes veniunt ad solas matutinas tam canonicas quam Officium de Beata, dummodo eorum meditatio non incidat in diem Dominicam vel festivam in populo, quo casu sacerdotes chorum frequentant, sicuti illis diebus frequentant officiales, ac non sacerdotes insuper intererunt matutinis utriusque officii».
«Si in choro non reperitur numerus sufficiens pro persolvendo officio canonico, debebunt meditantes a praeside chori vel ab alio eius jussu vocati, statim ad chorum venire, ac ibidem manere donec de numero sufficienti sit choro provisum».

4. *Hora octava*

Leges unum alterumve caput in Thoma a Kempis, cum debita attentione. Si sit tempore aestatis in cubiculo id persolvere potes, in hyeme vero indulgetur ut ignem accedas usque ad medium nonae.

5. *Ad medium nonae*

cellam repetes, ac examinabis tuam conscientiam pro confessione generali, et id usque ad quadrantem aut medium decimae.

6. *Quadrante audito*

descendes ad chorum et cum firmo proposito te emendandi, ante venerabile Sacramentum misericordiam Dei et peccatorum remissionem corde contrito et humiliato instanter petes usque ad medium decimae.

7. *Ad medium decimae*

Leges Primam, Tertiam, Sextam et etiam Nonam, si fuerit jejunium, vel in Quadragesima etiam Vesperas, et in hyeme ignem accedere licet sub strictissimo silentio, ad legendas horas etc...

8. *Hora decima*

Ad cubiculum redire teneris, instituturus secundam meditationem usque ad quadrantem ante undecimam duraturam.

9. *Audito quadranta (3)*

statim descendes, et in templo te recolligas, examinando meditationis tuae successum.

10. *Audita undecima (4)*

ad stationem venies, et ad prandium. Finito prandio, si non sit Nona, vel Vesp. officii defunctorum peragendae, in choro; si vero non, extra chorum gratias ages pro collatis beneficiis, et leges Litaniam Lauretanam, qua finita, si socium habeas, de piis spiritualibus rebus colloquendo, poteris ambulare in pomario in aestate, in hyeme vero accedere ad ignem. Si vero solus fueris, materiam meditationis leges, vel etiam piam recollectionem.

11. *Hora prima (5)*

visitabis venerabile Sacramentum, usque ad medium secundae, ibique leges et orabis.

12. *Hora medio secundae*

Revertes ad cellam, et statim successum pomeridiani exercitii examinabis.

13. *Hora secunda*

Leges formulam pro vestiendis aut professuris, aut Statuta nostra, aut Ordinarium. Deinde leges Vesperas, si non sit in Quadragesima et Completorium, et postea, tempus, quod restat, impendes legendo vitas Sanctorum.

14. *Hora tertia*

poteris in silentio, tempore hyemali ad ignem, aestivo in pomario examinare conscientiam.

15. *Hora quarta*

dato potu, ibis ad cellam, et unum caput leges in Thoma a Kempis, et pios affectus illo die habitos, examinabis et cogitabis, et postea leges materiam meditationis usque ad medium quintae, et medio quintae meditaberis materiam.

16. *Hora quinta*

Ad templum venies oraturus. Si sit jejunium, a medio sextae visitabis venerabile Sacramentum, et tuo redemptori omnia pia desideria offeres, ut te sua gratia ad practicanda juvare dignetur, quod extra dies jejunii faciendum est post coenam usque ad medium septimae. Deinde usque ad *Ave Regina* colloqui licet de rebus spiritualibus.

Incepta antiphona ascendes cubiculum et tempore intermedio usque ad medium nonae examinabis conscientiam et partim praevidebis meditationis materiam.

17. *Oratio ad obtinendam perfectionem*

Deus meus et omnia, omnis perfectionis sanctitatisque fons et origo, qui nos omnes sanctos et perfectos fieri voluisti his verbis: «estote perfecti sicut et pater vester coelestis perfectus est» et ne impedimenta aut difficultates haberem, me a laqueis istis eripuisti, et ad statum Religionis vocasti, expande benignissimas misericordiae tuae manus et infunde in nobis gratiam tuam perfectionis religiosae, ut vere sancteque spirituales effecti, tibi gratissimi et proximis utiles inveniamur, per Christum Dominum nostrum. Amen.

**Secunda Appendix**

*pro meditantibus qui post expulsionem reverendorum canonicorum Averbodiensium primo ingressi erant 14 december 1834*

1. *Quadrante ante sextam (1)*

Loco medio sextae, quadrante ante sextam Missa, et post Missam servabis ea quae in quotidiana distributione temporis observanda sunt.

2. *Medio septimae (2)*

Medio septimae sumpta in refectorio aqua theana ad calefactorium vel ad cubiculum reverteris, et lecta meditationis materia, te ad eam praeparabis, medio octavae finiendam, dein ut in ordine pro meditantibus n° 3° ponitur.

3. *Quadrante ante undecimam*

In choro examen meditationis successum recolliges, loco usque ad undecimam erit usque ad medium duodecimae.

4. *Medio duodecimae*

Honestum colloquium in calefactorio inter solos meditantes usque ad prandium, quod est duodecima loco undecima, et post prandium gratiae agendae pro collatis beneficiis, Litaniae B.M.V. et tunc colloquium usque ad quadrantem post primam loco usque ad primam.

5. *Hora prima*

Loco hora prima visitatio Venerabilis Sacramenti incipiet quadrante post primam.

6. *Hora quinta*

A medio secundae usque ad quintam observanda sunt, quae in ordine etc... habetur, dein a medio sextae usque ad medium septimae ad calefactorium sub silentio legenda meditatio pro die sequenti, et tunc colloquium de rebus religiosis usque ad coenam.

7. *Hora septima*

Coena, post coenam colloquium usque ad octavam, dein tertia pars Rosarii, et hac finita statim ascendes cubiculum, et ante nonam in lecto. etc...

**Nova distributio temporis** [15])

*aut ordo diei, nobis a Superiore*
*Norberto Dierckx datus, 22 jan. 1835*

1 Quadrante ante quartam datur signum surgendi etc.
2 Quarta audita ad stationem ante matutinas venies.
3 Medio quadrantis post quartam ad incipienda matutina ordinate chorum ingredieris.

4 Matutinis expletis, obedientia nihil exigit etc... ut ponitur in distributione temporis antiqua N° 6°.
5 A medio sextae usque ad sextam est meditatio in choro, ut supra N° 7°.
6 Hora sexta persolvitur Prima, quam immediate sequitur Capitulum, ut supra N° 8°.
7 Medio septimae sumitur aqua theana.
8 Post aquam theanam[15]), hora quasi septima matutina legent 2 capita

[15]) *Distributio temporis post restaurationem*
*(22 januarii 1835)*

| | |
|---|---|
| 3,45 | Signum surgendi |
| 4 | Statio |
| 4,7 | In chorum pro matutino |
| | Post matutinum: praeparatio meditationis |
| 5,30-6 | Meditatio |
| 6 | Prima et capitulum |
| 6,30 | Aqua theana |
| 7 | Duo capita ex Vetere Testamento |
| 8 | Per quadrantem adoratio in choro |
| | Postea studium privatum |
| 9 | Tertia, Sexta, Nona. |
| 10,30-11 | Colloquium de rebus utilibus (Regula, Statuta...) |
| 11-11,30 | Studium privatum (lectio) |
| 11,30-12 | Recreatio |
| 12 | Prandium |
| | Sequitur recreatio usque 1,30 |
| 1,30-2 | Cantus |
| 2 | Vesperae |
| | Post Vesperas: studium |
| | Feria III et V colloquium usque 4 |
| 4 | Potus |
| 4,15-5,30 | Studium |
| 5,30 | Lectio ex Thoma a Kempis et adoratio usque 6 |
| 6 | Colloquium usque 6,30 |
| 6,30 | Completorium et examen conscientiae |
| 7 | Coena |
| | Post coenam colloquium usque 8 |
| 8 | Tertia pars Rosarii |
| 8,30 | Ad cellam |
| 9 | Extinguitur lumen. |

Quoique' (avant l'expulsion) il n'y eût pas de petit déjeuner, on concédait maintenant, après la réunion du chapitre, une tasse de thé. Dans une autre note de J. Lambertz de 1837 on lit: «A primario quotidie extra dies jejunii petitur jentaculum a superiore vel suppriore et conceditur».

ex V.T. semper sibi succedentia, et unum caput similiter ex Novo, sed sine interprete, inhaerendo soli historiae, usque ad octavam.

9 Hora octava coram venerabili quilibet in suo stallo chori per quadrantem horae pro omnibus irreverentiis, sacrilegiis etc... erga illud umquam commissis.

10 In cellam, vel in hyeme in calefactorium reduces, legent duo capita ex Bossuyt[14]) usque ad horam nonam.

11 Hora nona choraliter ad ecclesiam, recitaturi Tertiam, Sextam et Nonam diebus ferialibus.

12 His absolutis repetent hoc mane lecta ex S. Scriptura et ex Bossuyt usque ad medium undecimae.

13 A medio undecimae usque ad undecimam colloquium de rebus utilibus, regula, statutis, ordinario etc. Vel deambulabitis ad pomarium vel calefactorium.

14 Ab hora undecima usque ad medium duodecimae legatur caput ex analogia Becani[17]) et unum e Thoma a Kempis pro meditatione in choro habenda.

15 A medio duodecimae usque ad prandium colloquium voce nullatenus clamorosa sed religiosis decens.

16 Duodecima prandium sub silentio et lectione etc... exceptis aliquibus diebus.

17 Post prandium colloquium in calefactorio vel in pomario usque ad medium secundae.

18 Medio secundae est cantus usque ad secundam.

19 Hora secunda ad Vesperas incipiendas in choro.

20 Post has Vesperas feriis tertiis et quintis usque ad quartam colloquium, et aliis diebus per idem tempus more solito studium.

21 Hora quarta potus, et post quadrantem, uti mane hora septima studii prosecutio usque ad medium sextae.

22 Medio sextae relecto uti dictum est n° 14 in Thoma a Kempis uno capite meditabuntur coram venerabili in choro usque ad sextam, reflectendo praecipue quomodo diem transegerint, dolentes de commissis, cum firmo proposito emendationis.

[16]) «Theologia moralis. Authore P. Jac. Bossuyt. Ordinis ff Eremit. S.P. Augustini, in Alma Universitate Lovaniensi S.T.D.». L'exemplaire de la bibliothèque d'Averbode était imprimé chez Van Overbeke à Louvain en 1761 (6ᵉ édition) et a appartenu à Gisbert Halloint et Hugo Van de Can, et après la restauration à Evermode Roelants (1838).

[17]) «Analogia Veteris et Novi Testamenti, Authore Martino Becano, Societatis Jesu Theologo». L'Exemplaire de la bibliothèque d'Averbode était édité chez Van Overbeke à Louvain en 1754.

23 Ab hora sexta colloquium usque ad completorium, ut medio duodecimae.
24 Medio septimae ad completorium in choro, et post hoc examen conscientiae.
25 Hora septima ad coenam.
26 Post coenam colloquium usque octavam.
27 Hora octava tertia pars Rosarii.
28 Circa medium nonae ad cellam.
29 Et ante nonam extinguitur lumen.

De ista nova distributione temporis sunt aliqua puncta de tempore in tempus mutata, ad perveniendum paulatim ad distributionem antiquam, ut sequitur.

1 Ante omnes horas pulsatur campana etc... ut in antiqua distributione.
2 Prandium medio duodecimae, proinde colloquium ab undecima usque ad medium duodecimae.
3 Lectio hora octava, vel decima vel post meridiem hora tertia. Si sit octava, tunc dempta est adoratio etc.
4 Dominica post Laudes lectio spiritualis, vel medio 8 ae ante meridiem, et feria quarta hora octava.
5 Coena hora sexta.
6 Completorium quadrante post septimam, et proinde est colloquium coena finita usque ad completorium, ut in antiqua distributione.
7 Quotidie post sextam Missa, ut dicitur Summa, sed sine cantu, et post Missam Nona.
8 Post prandium et coenam dicitur *Miserere* ect... processionaliter ex refectorio usque in ecclessiam, ubi dicuntur preces, etc. ut in antiqua etc.
9 Ante prandium et coenam est statio, et pulsatur paucis ictibus, ut etc. (in antiqua).

*1836*

10 Prandium hora undecima, ut n° 12 in antiqua.
11 Coena medio sextae, et si sit jejunium, quadrante post sextam, ut n° 19.
12 Verbo, omnia puncta a n° 1° usque ad nonum inclusive nunc observantur ut in ordine diei antiquo, exceptis numeris 10 et 11, quia lectio adhuc est hora octava, et nondum cantatur Missa Summa, sed

legitur et Nona est adhuc post Missam loco post meridiem; et a n° duodecimo usque ad finem ordinis diei; vel usque numerum 22 etiam omnia puncta observantur ut in antiquo ordine ponitur.

*1837*

13 Jam etiam Nona est post meridiem *et Summa Missa cantata* a Paschate et quidem circa $\frac{1}{2}$10, et omnes horae cantantur in duplicibus et maioribus Festis, non tantum, sed nullis exceptis, excepto in quadragesima, qua leguntur.

14 Etiam fit Missa matutinalis (junii 1836) sed nondum est stricta intentio, ut Missa Summa[18]).

rue De Moor 2 D. De Clerck
B - 1421 Bois-Seigneur-Isaac

[18]) Dans les annotations de J. Lambertz, le premier novice éntré après la reprise de la vie commune, on peut suivre les efforts des confrères pour introduire de nouveau l'«Ordo diurnus» en usage à leur abbaye avant la dispersion. (A.A.A. Liasse 25)

14 december 1834 het quart voor tien ure zijn de 4 eerste postulantes volgens hun ouderdom gekleed voor den hoogen autaer in de kerk tot Averbode door den Zeer Eerw. H. Norbertus Dierckx superior, geholpen door den Eerw. H. fr. Ignatius de Loyola Carleer provisor, in het bijzijn ven eenen mas volk van alle kanten, te weten:
1 Lambertz Josephus
2 Hoybergs Joan Baptist
3 Frison Augustinus
4 Derckx Herman-Joseph
Waarmee hun noviciaat is begonnen, het eerste na 37 jaar dat de heeren uitgejaagd waren geweest, en dus rekent de herstelling van de abdij van de 14 december 1834.

NB. De jonge novities en de volgende hebben van dan af alle privilegies en gebruiken van 't huis genoten, bestaande uit venias of speeldagen of in colloquia etc. gelijk in het boeksken 4 us hebbe aangeteekent, totdat de overste die later heeft afgebroken; en moeste ook zoo wel zij konde de regels of order onderhouden. Liber 3 us.

14 december. Namiddag is ook voor de eerste keer de koor begonst met de vespere, die sondags maar alleen gezongen wierden, en dat door het weinige getal. De andere ure gesalmodieerd wirden tot later tijd. etc.

16 december is voor den eersten keer aan tafel gelezen door fr. Josephus.

17 december begonst de responsorias te intoneren.

30 december is het convent voor den 1 e keer in 't bosch gaan wandelen, hetgeen het alle weken een dag mag doen, dinsdag na de vespere of donderdags, maar zij mogen nergens binnengaan. Door den provisor is er in de meditante(?) een ordo pro meditantibus, order voor die in meditatie zijn, en ook een dagorder of ordo diei gegeven, hetgeen dagelijks moet onderhouden worden, maar hetzelve was niet gelijk het voor deze was, als het Order en Abdij nog in wezen was, omdat wij met weinig volk waren en nog altijd op het proviseursquartier moesten eten en drinken totdat de nieuwe refter en keuken zou gemaakt zijn, alhoewel wij reeds in de abdij sliepen.

*1835*

22 januarii. Heeft Mr. Superior een nieuw ordo diei gegeven dat van tijd tot tijd verandert, en dan is ook de zangles begonnen (door fr. Herman Joseph).

10 februari is het oud damberd van den tijd dat de abdij nog in wezen was in het calfac gekomen, om op de recreatie uren voor de fraters tot verzet te dienen.
2 april is er een nieuwe klok gekomen van Loven wegende 200 pond om voor de kleine ure te luien.
19 april. Tot hiertoe zijn de novities nog altijd in zwart gebleven, behalve op zondage en feestdage, maar vandaag af hebben ze altijd het wit habijt aangehouden.
Item vandaag is er den 1 e keer voor de kleine uren geluid met de kleine klok, hetgeen tot hier nog niet geschied was omdat men geen onderscheid van klok had als de grote.
24 april. Is er den 1 e keer les gegeven door den Eerw. H. Prior. Is er voor de 1 e keer 3 maal geluid voor de metten gelijk voor dezen.
28 april. Is het convent voor den 1 e keer in wit habijt gaan wandelen.
10 mei. Is de lectio spiritualis begonst met Lof door den Eerw. H. Superior.
31 mei. Zijn wij begonst de responsorias in de kleijne ure te zingen.
1 juni. Is men begonst te luien voor de vespere gelijk voor de metten, met de klokken volgens de feestdagen.
7 juni. Zijn de completen savonds begonst gelijk voor deze, kwart na 7 ure en het avondmaal te 6 uren.
9 juni. Is de Missa Summa begonst na een van de kleine ure gelijk voor deze, maar is eerst een tijd gelezen Mis geweest om het weinig getal der heeren.
18 juni. Hebben de novities voor den 1 e keer weer hun inventaris van kleederen, lijnwaad, meubels en boeken moeten inbrengen.
11 juli. Norbertusfeest. Tot hiertoe, alhoewel de overste, prior en novities in het convent woonden en calfac en alles hadden, gingen zij nog altijd naar het proviseurskwartier eten en drinken, omdat den refter en de keuken nog niet in staat waren. Maar vandaag zijn wij voor den 1 e keer in de statie voor de refter gekomen en ook voor den 1 e keer in de refter gaan eten van de spijzen die ook voor den 1 e keer in de nieuwe keuken gereed gemaakt waren. Na de tafel ook voor den 1 e keer onder het zeggen van den *Miserere* na de kerk om daar volgens de Statuten de *preces* of *gratiarum actio* te sluijten.
8 oktober. Zijn voor de 1 e keer begonst 2 keersen te ontsteken te worden onder de vespere en metten met de duplexen.
13 oktober. Is den 1 e Brendanus (brandarius) gekozen, fr. Josephus, zoo vroeg omdat het zoo koud was; anders gaat het vuur maar aan den 1 november en den brendanus wordt maar gekozen op Sint Merten avond. Ziet Liber 5: Aanmerkingen.

*1836*

3 april. Paeschdag. Voor de 1 e keer solemnele dienst gelijk voor deze, omdat er reeds meer volk was. Item begonnen met alle kleine ure ende vespere te zingen op duplex en hoger feest.
11 juli. Is smorgens in het sacristij, omdat er nog geen capittel was, daar andersinds de professie, de 1 e professiedag geschied na de herstelling... De Superior deed met die gelegenheid een hertontroerende aanspraak, en in de hoogmis die zeer solemneel geschied is door den superior met alle assistentie die kon er aan gebracht worden, zijn de groote ceremonie volgens gewoonte solemneel voltrokken, behalve dat er nog geen almutie waren om te geven aan de nieuwe geprofeste, waarvoor ze maar een stuk laken gebruikt hebben, omdat het de ceremonie mede brengt.
2 september. Is de eerste canonieke visitatie geschiet door den Eerw. Heer Corselis, visitator generaal van Roomen en vicarius generaal van het bisdom Brugge. Dewelke omtrent 12 uren is gearriveert en 2 uren de visitatie heeft begonnen. Hij is volgens gewoonte en volgens onzen processioneel aan de kerkdeur ingehaald met Kruis en Wijwater en het convent bestaande uit 17 man. Heeft aldaar een rochet en stool aangedaan, en heeft het tabernakel gevisiteerd, de remonstrantie en de ciborie (de remonstrantie heeft hij afgekeurd omdat het maar een houten was alhoewel het kasken

verguld was) en het sacristij, kelken en kleren, terwijl de vespere gezongen werden. Daarna heeft hij het capittel begonst met de Veni Creator en gezegd volgens de Statuten waarin de *Visitatio canonica* bestond en dat hij door de macht van Roomen dezelve voor den 1 keer kwam doen, zijn brieven toonende, vervolgens is ider in 't bizonder bij hem gegaan om zijn belangen te kennen te geven tot de novities toe, hetgeen met hetgene men op de vragen antwoordde, werd opgeteekend, doch blijft geheim; het welk geduurd heeft tot half 7 ure.

*1837*

26 meert. Paaschdag. Zijn de vespere voor den 1 e keer gedaan in navi ecclesiae gelijk voor deze, tot Bloken Paeschen excluus.
Nota: het was een felle koude Paeschen met veel sneeuw.

28 meert. Terwijl men nu nog volop in de kou was is de late Mis, Missa Summa (terwijl er nu meer volk op de koor was) voor de 1 e keer gezongen en zoo voorts in het vervolg met 2 acolieten met pieken en 4 keerse op den autaar.

2 juni. Is men begonst in den refter aan 2 tafels te eten, langs weerszijde, aan iedere tafel maar van eenen kant, gelijk voor dezen.

*1838*

2 martii. Hodie R.D. Lambertus van Krey, olim pastor in Lith, nunc novitius Averbodiensis, incepit lectiones pro confratribus idque quater in hebdomada de Sacra Theologia et bis de Sacra Scriptura.

11 aprilis. Feria IV a hebdomadae Sanctae et sequentibus diebus usque in Pacha cantavimus matutinas etc prout antea, exceptis responsoriis.

15 aprilis. In die Paschatis prima vice usi sumus almutiis.